Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26279
Copyright: Admont, Benediktinerstift



umperum. deus repente respondit. Et nunc
ueritatem annunciabo tibi. Istq; sensus.
Quia uis nosse de psarum regib' q'd futuru
sit. audi ordinem rerum. & ausculta quod
queris. Et ecce adhuc tres reges stabunt
in pside. & quartus ditabitur opib' nimiis
sup omnes. & cum inualuerit diuitiis suis
concitabit omnes aduersu regnum grecię.
Quattuor reges post cyrum dicit in pside
surrecturos. cambysen filium cyri. & smerdem
magnu qu pantapten filiam cambysis duxit
uxorem. Qui cum a septem magis fuisset
occisus. & in locum eius darius suscepisset
umperum. eadem pantaptes nupsit dario. &
ex eo xersen filium genuit. qui potentissim'
rex & ditissimus aduersum greciam in nu
merabilem duxit exercitum. & ea gessit
quę greca narrant hystorię. Succendit eni
athenas sub principe callia. bellumq; eo
tempore gestum est in hermophilis. & apud
salaminam nauale certamen. quando
sophocles & euripides clari habebantur. &